Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

legis pro eo ; et ipse accepit
eum in ulnas suas, et be-
nedixit deum et dixit. Nunc
dimittis servum tuum domine
secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei sa-
lutare tuum. Quod parasti
ante faciem omnium populorum.
Lumen ad revelationem
gentium, et gloriam plebis
tue israel. offertorium. Felix na-
mque es sacra virgo maria et omni
laude dignissima quia ex te
ortus est sol iusticie xpus deus noster.
Exaudi domine preces, secreta.
nostras, et ut digna
sint munera que oculis tue
maiestatis offerimus subsidium
nobis precibus beate marie tue pi-
etatis impende. per. prefatio.
Quia per incarnati verbi. Com.
Responsum accepit symeon a spiritu
sancto non visurum se mortem
nisi videret xpm dominum. postco.
Perfice in nobis quesumus domine
graciam tuam qui iusti
symeonis expectationem
implesti ; ut sicut ille prius
quam xpm dominum videre mereretur

mortem non vidit, ita et
nos vitam obtineamus
eternam. per eundem. in festo
beati blasij episcopi martiris. Iustus ut p.
cum ceteris in suo ordine de communi.
Presta quesumus omnipotens, oratio.
deus ; ut qui beati
blasij martiris tui
atque pontificis vitam glo-
riosam veneramur, eius apud
te precibus muniamur. secreta.
Super has quesumus domine nostre
devotionis hostias
propicius respice, et pecca-
torum nostrorum vincula meritis sancti
blasij martiris tui atque pon-
tificis clementer absolue. per.
Deus qui nos, postcommunio.
cibo spirituali potuque
recreasti, concede nobis beati
blasij martiris tui atque pon-
tificis intercessione ut a cunc-
tis adversitatibus liberemur
et ab omnibus absolui peccatis.
in festo agathe virginis et martiris.
Gaudeamus omnes
in domino diem festum
celebrantes in honore
agathe virginis de cuius passione

gaudent angeli